



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac Ex Probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1713

Quæst. 41. Quid circa altaria sit præterea notandum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42624

³⁰⁸ VII. Si quis violet rubricam spectantem ad
essentiam vel quasi essentiam Missæ, vel si nul-
lam planè servet, peccat mortaliter, *Escob.* ex
Fag. p. 1. l. 3. t. 21. n. 9.

ADDENDA.

- ^{309.} *Væst. 41. Quid circa Altaria sit præterea no-*
tandum. R. Præter dicta à n. 300. de Al-
tarium exsecratione, advertenda sunt seqq. §. I.
Si quis sine Altari consecrato, vel in enormiter
fracto ideoque exsecrato celebret, peccat mor-
taliter. Pajq. q. 699. Gob. in Exp. t. 3. n. 279. Non
est tamen opus petere aut inspicere, an Altare sit
consecratum & integrum, ut enim prudenter
censeatur esse tale, quale esse debet, sufficit,
quod sit celebrationi expositum ab iis, ad quos
pertinet attendere, Pajq. q. 700.
- ^{310.} §. 2. Post Communionem Sacerdotis pos-
sunt parvæ hostiæ ab eo consecratæ poni extra
aram in corporali, uti habet communis cum
Aversa q. 11. f. 13. §. Super, contra *Vasq.*
- ^{311.} §. 3. Az. Barb. Quart. Tamb. aliquæ com-
muniter cum *Less.* in Auct. v. *Consecratio* Cal. 2.
docent solum Papam posse simplici Sacerdoti
committere consecrationem Altaris fixi, quam-
vis aliqui apud *Henao* n. 1796. putarint posse ab
Episcopo committi Abbat. Quoad portatilia
scio Nuntios Apostolicos Missionariis saepius
ad hoc dedisse potestatem.
- ^{312.} §. 4. *Joannes Andreæ* putavit, si desint Reli-
quiæ, posse earum loco in sepulchro Altaris re-
condi particulam hostiæ consecratæ, sed *Averja*
§. *Debet*, meritò hoc reprehendit tanquam alie-
num à lege & ratione.

§. 5.

¶. 5. Secundum aliquos cum Pasq. q. 683. 313.
 & Gob. suprà, Altare per hoc sanctificatur substantialiter & sufficienter in ordine ad licet celebrandum, si quis etiam malâ fide in eo Missam legerit, quia Missa est sanctissima actio, & attatus Corporis Christi censetur afferre consecrationem: alii tamen melius contradicunt, secundum dicta n. 281. & dicenda n. 352.

¶. 6. Communis sententia est Authorum, 314.
 quos relatis locis citat & sequitur Henao num. 1797. lapidem Altaris fixi debere esse unum, qui simul contineat hostiam & calicem, nec posse constare duobus adunatis, quia alioquin in duobus Altaribus fieret consecratio, in uno hostiae, in altero calicis, sicque quasi divideretur Sacrificium, quod illicitum est: Sed quod Altare portatile attinet, putat Hurt. & Pasq. q. 694. tot modis posse fieri ex duobus lapidibus, quot modis conjungi possunt hi unione aliquâ artificiali, adeoque secundum ipsos sic formari potest, 1. Ut capsula lignea habeat in se immobilem insertos duos lapides; qui ratione capsulæ claudi & aperiri possint instar libri, ita tamen ut maneant contigui, quando aperiuntur, sic enim putant fieri unum ratione capsulæ, in qua continentur. 2. Ut duo lapides ad modum libri nexu ferreo aut alterius materiæ permanente invicem connectantur ante consecrationem. 3. Ut duo lapides alio modo artificiali jungantur, sicuti calix tornatilis, cuius pars superior potest separari ab inferiore. Et ideo docet etiam Gob. n. 269. Altaria fixa fieri posse ex gypso aut solis lateribus admixto cæmento lateres illos conglutinante; sed etiam Altaria por-

tatilia debere constare unico lapide , docent
plerique cum Henao suprà.

315. §. 7. Altare fixum consecratum destrui non
potest inconsulto Episcopo , etiamsi nulli esset
usui, Barb. Tamb. Gob. n. 272. An autem Epi-
scopus possit Altare , & cum eo fundationem
transferre de uno loco Ecclesiae in alium , dix
L. 4. à n. 856.

316. §. 8. Decretum, quod olim fuit , ne quis ce-
lebret in eodem Altari, in quo celebravit eo di-
Episcopus , nunc exolevit, Az. Laym. Caſtr.
Tamb. Quarti, Dicast. Pasq. q. 1235. Imò si Epi-
scopus celebrans deficeret , posset ejus Missam
complere simplex Sacerdos, uti dicetur n. 551.

317. §. 9. Si unum portatile non possit cum hostia
& calice capere omnes particulas consecra-
das, illicitum esset has collocare & consecrare
in alio portatili vicino , quia ratione duplicitatis
Altaris resultaret duplex victimā. In necessitatibus
tamen communicandi exercitūs ituri ad pra-
lium putant aliqui id fore licitum, quod proba-
bile esse agnoscit Henao n. 1802.

318. Q. 42. Quid addendum sit circa Crucem pri-
Missā. 32. seqq. §. 1. Jordan. Gav. Laym. Busen-
& alii requirunt Crucifixum pro Missā: E con-
tra Missale, Suar. Vasq. Dicast. Verj. aliique mul-
loquuntur solum de Cruce, ideoque probabile
est saltem in necessitate sufficere solam Crucem
etiamsi absit imago Christi affixi , præsertim
cum Crux sit vera imago Crucifixi: Usus tame-
natur, ut sit simul Crucifixus.

319. §. 2. Sufficit , si pro ictone Altaris depic-
sit aut aliter fabrefactus Crucifixus, Tamb. Quan-
ti & alii contra Gav. p. 1. tit. 20. litt. V. Etiam suf-
ficit Crux, qualis est in depositione Christi , ut

Beat

Beata
net in
fixus
si aliu-
est co-
riete,
pugn-
ad ver-
ut ad
natio-
si tant-
cem, i-
expof
§.
lebrar
Cruci-
296. 5
nis &
venia
Vasq. L
dub. I
ubi no-
tiones
p. 10. 1
venia
§.
opus
Lugo,
Pasq.
prà, c
neral
tame
Maji
Vene
magis